



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Munditiam cordis faciunt & conseruant septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

tamen cubiculum cordis, & intus est
 qui exaudiat. Secundum est, quia
 per munditiam assimilamur deo. **Leu. 10**
 Sancti estote, quoniam ego sanctus
 sum, &c. Tertium est, quia ad mundi-
 tiam, & ad puritatem perducit. **Psal. 134**
 Domine quis habitabit in tabernacu-
 lo tuo? aut quis requiescet in monte
 sancto tuo? Qui ingreditur sine ma-
 cula, &c. Et **Matth. 5** Beati mundo cor-
 de, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et
Petr. D. Bernard. Amplectamur itaque san-
 ctificationem quoniam bona est, quo-
 niam finis eius uita sine fine.

*Munditiam cordis faciunt & con-
 seruant septem.*

Primum est uerbum Dei. **Io. 14. Ioã. 14.**
 Vos mundi estis propter sermo-
 nem meum, quem locutus sum
 uobis. Valet sermo Dei ad mundi-
 tiam, quia ostendit maculas cordis.
Rom. 3 Per legem enim cognitio peccati,
 &c. Et **Idem.** In capite quinto. **Idem.**
 Lex autem subintravit, ut abundaret. **Cap. 5.**
 Vbi abundauit delictum, superabunda-
 uit & gratia; ut sicut regnauit pecca-
 tum in mortem, ita & gratia regnet
 per Iesum Christum in uitam æter-
 nam. Quid ergo dicemus? permane-

bimus in peccato, ut gratia abundet, absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuimus in illo? Sed peccatum non cognoui nisi per legem, &c. usque reuixit. Secundum est, compunctio cordis. Isidorus. Sicut puluis non potest stare ante faciem uenti, ita nihil malarum cogitationum in anima residere potest, ubi compunctio cordis affuerit. Sola enim est, quæ facit animam horrescere puram, desiderare cilicium, amare lacrymas, fugere risum. ipsa sicut ignis omne animæ uitium perurit, & adimit. Et Sanctus Effren. Compunctio cordis, sanitas est animæ, & illuminatio mentis, & nobis remissionem peccatorum conquirat. Tertium est, aqua lacrymarum de qua abluerat se David, cum dicebat lauabo per singulas noctes lectum, & lacrymis stratum meum rigabo. Bonum est lauare litteramina illius lecti per singulas noctes, in quo tantus hospes iacere debet, scilicet Deus. Quartum est frequens confessio. Require in tractatu de confessione. Quintum est, moderata occupatio. Ociosus uerum munditiam habere non potest. Bernardus omnium temptationum & cogitationum malarum sentina est ocium. Sextum est, obliuio uel dimissio propriæ

Isyd.

Effren.

Psal. 6.

Bern.

pria iniuria. Septimum est, sollicita custodia sensuum. Ecclesias. ori tuo **Ecc. 28.** facito ostia, & seras auribus tuis. Et Gregorius. Vt enim munda mens in **Grego.** cogitatioe seruetur, a lasiua uoluptatis suae reprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Et bernardus. Te ipsum sollicitate custodi, & **Bernar.** ut te ipsum custodias, ab omnibus oculos auerte.

Munditiam desiderare debemus propter quatuor.

Primo, ut deo assimilemur. Vnde **Leui. 19** dicitur. Sancti eritis, quoniam **Bernar.** ego sanctus sum. Et Bernardus. Amplectamur itaq; sanctificationem quoniam bona est, quoniam finis eius uita sine fine. Secundo ne Christo, qui multo labore & expensis nos mundauit, iniuria faciamus. **Apoc. 1** Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et Paulus. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populū acceptabile, &c. Tertio, ne ab ingressu caelestis ciuitatis prohibeamur. **Apo. 21** Nullum coinquinatum introibit in regnum caelorum. Et Paulus caro, & sanguis regnum dei **1. Co. 15**

N